



## **Svmma Juris Canonici**

Comprehensa Tribus Partibus In Qva Distincte Et Svccincte Explicantur,  
quæ ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,  
pertinent

Ivrisdictione Ecclesiasticâ, & Iudiciis

**Strein, Johann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1658**

§. 4. A quibus actibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61847](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61847)

## §. 4.

A quibus actibus appellatur.

**I.** Iure Canonico ab omni sententia etiam interlocutoria, & extraiudiciali, ab omni gravamine illato, vel inferendo pernititur appellatio. *c. cum sit Romana §. si vero c. bona memoria §. 2. c. ut debitus §. 9. & aliis hoc titulo.* Defensio nimirum, & petra refugii appellatio est, favore innocentiae comparata. *c. Pastoralis hoc titulo.* Neque consilium videtur semper expectare usque ad sententiam definitivam, quae non raro in longum tempus protrahitur: sed maturè occurrendum dolo, & iniquitati. *c. cum sit Romana & per tuas hoc titulo ubi Barb. agmen doctorum trahit.* His tamen non obstantibus Concil. Tr. sess. 24. c. 20. & sess. 13. r. 2. de reform. non aliter permittit appellationem ab interlocutoria, quam si vim definitivae habeat, & gravamen irreparabile contineat, cuiusmodi est incarceration, tortura, excommunicatio, suspensio, interdictum, omnisque actus irtractabilis, & quo executionis mandato pars gravata amplius sublevari non potest per definitivam, aut appellationem à definitiva, vel non sine difficultate, & praesudicio partis, aut negotii principalis. *Castrens. consil. 271. Tuschus concl. 359. Gonzal. ad Reg. 8. Cancell. annot. ad §. 9. n. 176 Zypaeus l. 1. de iuris di. eccles. c. 5. §. Salgado in parte secunda in leg. reg. Hispan. c. 1. Corvinus in aphor. h. t.*

**II.** Iure civili appellatio non per-

mittitur à sententia interlocutoria, *l. ante 7. C. quorum appell. non recip. l. fin. C. de sententia & interlocutoria & om. iudic. nisi in certis quibusdam casibus ubi interlocutoria vim definitivae habet, & gravamen alio remedio incurabile. l. cura. 47. ff. de iuror. l. 2. de appell. eod. l. arbitro. ff. qui satisfacere cogant.* A definitiva autem permittitur appellatio, modo sententia valida sit. Nam à nullis nulla provocatio concedenda, quia frustranea & sine effectu foret. *l. 10. tit. C. quando provocare non est necesse & tit. ff. quae sententia sine appell. rescinduntur. l. si expressim. 19. l. ex consensu 23. ff. hoc titulo.* Indubio tamen nullitas potest per alternativam appellationi coniungi *di. l. si expressim.* Haec regulatè loquendo obtinent, & limitationem admittunt. Igitur.

**III.** Limita primo in omnibus illis, quibus denegari appellationem diximus §. I. n. 1. Secundo ab una, & eadem sententia seu definitiva, seu interlocutoria, & ab uno eodemque iudice non licet tertio appellare. *c. tua nobis 65. hoc titulo l. 1. Cod. Ne liceat in una eademque.* Praesumitur enim, quod tribus sententiis confirmatum est. legibus respondere. Excipe, nisi per tertiam sententiam novum gravamen inferetur.

**Tertio** ab illo actu, quem quis approbavit, non potest appellare. *l. ab eo C. quomodo & quando iudex.* Idem dicendum de eo, qui renunciavit appellationi, sive expressè, sive tacitè *l. fin. C. de temporib. & appellat ut si acceperit terminum ad solvendum.*

Quat-

Quarto nec ab eo, qui fuit secundum dispositionem iuris, nisi expressa & in certa rationabili causa, propter quam admittenda videatur appellatio. Generalis enim, & recepta regula est, quod à lege naturali lata ab eo, qui ferendæ legis potestatem habet, non possit appellari. *texti. & DD. in c. quia n. 32. hoc titulo.*

Quinto nec à nominatione ad munera auctoritate publica, & utilitate privata. v.g. ad tutelam. *l. 1. si quis ff. quando appellandum sit.* alias à nominatione ad munera auctoritate & utilitate publica appellare licet. *l. 2. C. de decurionib.*

Sexto. Nec à sententia, cuius executio non patitur moram, cuiusmodi est de annona, aperiendo testamento, missione in possessionem bonorum, *ultima ff. hoc titulo l. quisquis C. eod.*

Septimo. Nec à sententia correctionis, discipline, & visitationis ab episcopo institutæ uti supra iudicavimus. *§. 2. numero 1. V. Franciscum Leon. in thesauro Eccles. par. 2. c. 31. numero 21. Co. Tr. S. 31. c. 1. & S. 24. c. 10. Piasec. par. 2. c. 3. num. 61. Z. rolap. 2. n. 12.*

Octavo nec à sententia, qua condemnatus est officialis ipsius iudicis pro gestis in officio suo. *l. nulli C. quor. appell. non recip.* aut quilibet officialis condemnatus in syndicatu ad effectum retardandæ executionis. Nono nec à sententia excommunicationis, aut alterius censuræ absolute lata, quoad effectum suspensivum. *c. pastoralis S. verum hoc tit. & c. in cuius. ult. de sent. excom. in 6. V. Suar. v. disp. 3. sect. 7. num. 5. & quæ diximus supra.*

Denique non permittitur appellatio à sententia, quæ in causa decimatum lata est. *c. tuanobis & ibi Glossa de Decimis.* intellige quoad effectum suspensionis, Et procedit semper, teste *Francisco Leone P. cit. c. 27. n. 24.* quando decima est certa, qua nimirum decem pro centum solvuntur, vel ad rationem vicesimæ, vel tricesimæ, aut quinquagesimæ, secundum loci consuetudinem seu compositionem, & transactionem, ita ut de certa quota legitime constet, & in his casibus non admittitur appellatio ad effectum suspensivum, sed devolutivum tantum: & lite pendente semper persolvenda decima est. *Marchesani in tract. commiss. §. 4. n. 15. & 25. parit. 2. Moneta c. 8. n. 38.*

## §. 5.

## Coram quo sit appellandum?

**I.** **A**ut scripto, aut voce interpositur appellatio iudicialis. In eaque voce fit, satis est, si quis simpliciter dicat, appello, & apud acta appellet. *l. 2. l. à sententia §. fin. ff. de appell. l. litigatoribus 14. C. eod. & ibi Glossa.* Hic modus vocatur appellare illico, iudice sedente, & facta pronuntiatione. Sequenti autem die in scripto oportet offerre appellationem: in quo scripto, seu libello ponitur nomen dantis, & illius adversus quem datur, & à qua sententia à quo & ad quem iudicem. *l. 1. §. ff. de appell. c. Cord. eod.* Actuarius vero describet libellum, ne variare contingat appellantem. *arg. c. saluberrimum 1. questione septima & sciri queat, quo-*